

memoria cum memoria

postea per multas plagas et gravissimas persecutiones
hominum peccatis exigentibus, procurante humani
generis inimico, multimodis vicibus est funditus
devastata et totaliter suis rebus et cultoribus
destituta, quod prior gestorum unum et bonum
pius ecclesie Breverensis memoria in oblivionem
totaliter mergebatur, de quibus plurima in mura-
rum et ~~manuum~~^{lum} deformationibus et aliis expre-
ssis etiam per aliqua remota gestorum ac oculis
patentia sunt exempla. Denique nostris tem-
poribus sub domino Sythero archiepiscopo Bre-
verensi ecclesie Breverensis multis guerris discor-
diis et oppressionibus gravabatur. Qui Sytherus
anno Domini 1307. die 23. Novembris vitam
universae carnis est ingressus. Tunc temporis vero
spectabilis et preclara indolis dominus Balde-
winus natus spectabilis viri quondam domini
Henrici comitis Luxemburgensis, qui pro ecle-
sia beati Petri Colon. in bello Worunc occubuit,
Parisius scolis instabat, annum vicimum secun-
dam etatis sue solummodo peragendo. Hic domi-
nus Baldewinus prefato anno die 7. Decembris
ad predictam vacantem ecclesiam Breverensem
fuit a capitulo eiusdem ecclesie in archiepiscopum
postulatus. Cuius frater germanus spectabilis domi-
nus Henricus comes Luxemburgensis promissio-
ni fraterne fideliter instans apud sanctissimum
patrem dominum Clementem papam I postula-
tionem de dicto domino Bald. no germano
factam admittere procuravit. Quem dominum
Baldewinum ipse dominus Clemens papa in
ecclesia cathedrali Pictaviensi b. Marii
immediate sequenti in Breverensem archiepiscopum
consecravit. Et tunc eundem dominum papam